



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium**

**Brusch, Kaspar**

**Nürnberg, 1682**

Sorethum, vulgata voce hodie Schussenrietum à Schussio, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38166**

hoc cœnobium à nobilibus de Westerstetten, & à Palatino quodam Tubingensi, qui Wilburgis fundatricis gener etiam fuisse legitur. Abbatissarum hujus loci talis est ordinaria successio.

1. *Hedwigis* præfuit congregationi huic intra muros ad huc Ulmenfes constitutæ, sed quamdiu, id nescitur. *Abbatiss. catalogus.*

2. *D. Anna à Freiberg.*

3. *D. Wilburgis* Comitissa, translatrix & secundaria fundatrix, quæ cum 8. annis præfuisset & tribus mensibus, decessit ex hac vita, anno 1281.

4. *D. Barbara à Rechberg.*

5. *D. Barbara à Freiberg.*

6. *D. Clara Cressina*, patritio sanguine apud Ulmenfes nata.

7. *D. Elisabeta Cressina.*

8. *D. Agatha Risolina.*

9. *D. Meburgis Strelerina*, Ulmenfis.

10. *D. Christina Strelerina*, & ipsa Ulmenfis, quæ legitur obiisse anno 1489. Sub ejus gubernatione reformatum est cœnobium jussu summi Pontificis, Sixti IV. à Georgio & Henrico, Abbatibus Hirsaugiensi & Blaubirensi, anno Domini 1484: & eodem anno venit cœnobium in tuitionem S. P. Q. Ulmenfis, Guilelmo Besserero & Joanne Ehingero consulibus.

11. *D. Elisabeta Reichnerin* constituitur anno Domini 1484. ab his, qui reformatores missi erant. Hæc anno Domini 1493. de novo ex imis fundamentis condidit cœnobium, longèq; pulchrius (quàm antea fuerat) illustravit. Præfuit annis 19. Emigravit ex hac vita anno 1513.

12. *D. Cordula à Rischbach*, nobili genere nata, sed quæ virtute etiam & vitæ probitate non est ignobilis, eligitur vivente adhuc Elisabeta in coadjutricem anno Domini 1508. postea verò in Abbatissam, mortua Elisa. Præfidet laudabiliter, prudenter & utiliter 44. fororibus hoc adhuc currente Jubileo.

SOARETHUM, vulgata voce hodie *Schussenrietum* à Schuffio, præterfluente fluvio, (qui prope Ereskirchium in lacum  
Yyy Acro-

Acronium insuit) sic dictum, præclarum ordinis Præmonstratensis in Constantiensi dicecesi cœnobium, in Svevia propè Alendorfum arcem Baronum à Khingsfeck situm, fundatum est & ex arce in monasterium convertum anno Domini 1188, sub Imperatore Friderico Barbarossa, in Dei omnipotentis, & Divæ Virginis Mariæ, ac S. Magni confessoris honorem à Berengario & Conrado, Baronibus de Schuffenried, Equitibus auratis: quorum prior monachus etiam Conversus, ut vocant, ejusdem cœnobii sui factus esse legitur. Primos monachos misit ex Alba seu minore Augia Ulricus à Thannen, præpositus Augiensis quartus. Præpositorum ejus loci talis reperitur, etsi mancus aliquibus locis, catalogus.

Præpositorum series.

1. *Fridericus*, primus præpositus, qui cum Berengario altero ex fundatoribus in unum tumulum positus est.
2. *Mangoldus*, ex Rodensi cœnobio assumptus, Friderico successit, qui cum 4. annis præfuisset, Rotum rediit. Sub ejus gubernatione vastatum est cœnobium & concrematum, post obitum Baronum à Schuffenriedt, à Conrado quodam de Wartemberg, qui uxorem duxerat fundatorum sine masculis hæredibus obeuntium sororem, & bona cœnobio incorporata putabat ad se magis, quàm ad monachos hujus loci pertinere.
3. *Mensfridus*, ex Rockhenburgo assumptus, tandem etiam ad veterem nidum revolavit, & ibi præpositus est designatus.
4. *Luitbertus*, vir bonus & simplex, ad gubernandum cœnobium parum idoneus, iccirco mox à præposituræ claviterum amotus.
5. *Burcardus*, ex Biberaco natus, vir præclare doctus, præpositus tandem Urspergensis cœnobii anno Domini 1215. designatus, cum ibi præfuisset 10. annis & aliquot mensibus, obiit anno Domini 1226.
6. *Conradus*, patria Ulmenis, ex Rota assumptus, præfuit tribus annis. Obiit anno 1218.
7. *Mensfridus*, supra etiam nominatus ex Rockhenburgo iterum accitus, rediit, quod bonus antea fuisset & utilis ceconomus. Præfuit iterum & profuit annis duobus. Obiit anno 1220. Sepelitur Schuffenriedi.
8. *Rudol-*

8. *Rudolphus*, ex Augia minore assumptus, negligenter præfuit duobus annis, & iterum ex gubernationis fastigio deturbatur anno Domini 1222.

9. *Conradus*, ex Martalensi cœnobio accitus, vir prudens ac admodum religiosus, œconomus vero diligentissimus & optimus. Is post primam conflagrationem cœnobium instauravit & ampliavit anno 1229. destructo & dejecto penitus veteri castro, quod Baronum à Schuffenried ac Wartemberg fuerat domicilium.

Schuffen-  
ried ca-  
strum.

10. *Hilbrandus Wilyn de Michelwinada*, nobilis genere, de cuius tamen nec virtutibus nec vitiis quicquam amplius extat.

11. *Albertus*: de hoc præposito, & aliis quibusdam, quorum etiam nomina interciderunt, plane nihil in literas relatum est.

12. *Joannes Feserus*, forte *Fetzerus*, vir nobilis, de quo itidem nihil amplius scitur.

13. *Joannes, Rubei oris* cognomento, obiit anno 1438.

14. *Ortolphus Schorppius*, optimus œconomus & illustrator cœnobii sui studiosissimus, successit Joanni. Decessit anno 1441. cum tribus præfuisset annis.

15. *Conradus Rauber*, ultimus præpositus, eligitur anno 1441. Interfuit synodo Basiliensi, ubi consequutus est privilegia Abbatis & ornamenta Pontificalia. Primus itaq; hujus cœnobii Abbas præfuit laudabiliter 34. annis. Obiit anno Domini 1475.

16. *Petrus Fuchsius*, ex Martorffo nobili Constantiensis Episcopatus oppido natus, successit Conrado, secundus Abbas. Præfuit annis sex. Obiit anno 1481. Habuit germanum fratrem Joannem, Abbatem Augiæ minoris, qui obiit anno 1470. & alium Henricum, præpositum in Waldseeche, qui emigravit ab hoc seculo anno Domini 1492.

Martorff.

17. *Henricus Austrius*, Doctor decretorum, subrogatus Petro præfuit 25. annis, diebus decem. Exiit hominem mortalem anno Domini 1505. decima octava Aprilis.

18. *Joannes Witmajer*, ex Mengensi oppido Sueviæ natus, præfuit laudabiliter 39. annis, & senio confectus magistratu sese

Yyy 2

sese

fese abdicavit anno 1544. Obiit tandem 16. Calendarum Augusti anno 1546.

19. *Gallus Molitorius*, patria Morfemburgius, ad lacum Acronium natus, eximius Musicus, eligitur anno Domini 1544. Præfuit per unius saltem anni & duorum mensum spatium, & decessit citius, quam antecessor, anno videlicet 1545. ipsa die Sancti Benedicti.

Ravensb. b. rg.

20. *Jacobus Rengerus*, ex Ravenspurgo imperiali in Suevis civitate natus, præfuit non inutiliter hoc adhuc currente Jubileo. Habent in hoc cœnobio celebria sepulchra & reconditoria sua nobiles reguli de Winada, de Stuba, de Essendorff, & de Molbertshaufen.

Meinath. Preffa. Raw- kbulm ca- strum.

**S**PAINSHARTUM, magnificum ac præpotens instituti Præmonstratenfis sive Norbertini, dioceseos vero Ratisbonensis cœnobium, in superiori Palatinatu inter Kemmatum ac Pressatum, Palatini Electoris oppida, non procul ab asperi Culmenii altissima Marchionum Brandenburgensium arce in fertilissimo agro situm, fundatum legitur in honorem Beatæ Virginis Mariæ anno Domini 1145. ab Adelfolco de Reiffenberg, ejusq; conjuge Domina Richinza: duobusq; Adelfolci fratribus, Reinholdo & Gerhardo de Reiffenberg, quorum insigne fuit alba turris in rubea planicie. Aliud de his fundatoribus nihil hætenus reperi. Benefactores vero ejusdem cœnobii fuerunt, Otho dux Meroniæ, & conjunx ejus Domina Beatrix, Landgrafii de Falckhemberg: Henricus item, Episcopus Ratisbonensis, Ecclesiæ prius Bambergensis diaconus, qui dono dedit monasterio oppidulum Eschembacense, quod in ea ipsa vicinia situm est. Præpositorum hujus loci talis extat catalogus.

Eschenbach. Præpositorum ordo.

1. *Grimo* præfuit annis sex. Obiit anno 1151.
2. *Wiggerus* annis undecim. Obiit anno salutis 1162.
3. *Comadus* annis septem. Obiit anno 1169.
4. *Rudolphus* annis tredecim. Obiit anno 1182.
5. *Godescalcus* præfuit annis 21. Decessit anno 1203.
6. *Godefridus* sedit ad gubernaculum annis octo. Obiit anno 1211.
7. *Her-*